

liberales cū dicit. Date et dabit vobis. **U**bi tria de elemosina notantur. Primo quod dicitur esse gratuita cuius dicit. Date et non redite. **T**ribus enim modis elemosina reddi potest. Primo cum datur sub spe retributionis futuri **glor.** ad nepotianuz. Sunt qui pauperibus tribuunt ut amplius accipiant et sub preceptu elemosine diuitias queunt quod potius appellanda est venditio quam elemosina. **S**ecundo quoniam fit cum appetitu laudis humane **Matth.** Cū facis elemosinam non li tuba canere a te. **T**ertio quoniam fit cum quodam violenta extorsione. **Eccle.** vii. Cor inopis non affixeris et ne protrahas datur angustiam. **Aug.** Qui datur ut careat tedio interpellantis non ut reficiat viscera indigentis et rem prodat et meritum. **S**ecundo dicitur fieri in momento et in vita presentis ideo dicit. Date et non dabitis in futuro. **E**lemosina enim que fit in vita est utilior quam que fit post mortem. **I**ta enim animam custodit ne in fouea purgatorij cadat. **I**lla vero adiuuat ut a fouea resurgat. **M**elior est autem non in foueam cadere quam in de resurgere. **I**ta custodit animam ne in carcerem purgatorij includat. **I**lla adiuuat ut inde educatur. **M**elior est autem non in carcerari quam in de educi. **I**ta custodit animam ne in igne purgatorij oburat. **I**lla enim adiuuat ut post obustionem ab igne eripiat. **M**elior est autem non oburi quam post obustionem ab igne liberari. **S**ecundo elemosina est in re et fructu

et ideo dicit. Et dabitur vobis. **S**ic regnum celorum. **P**er tria enim que consuevit a rege aliquid obtinere aut per allegationes ab uocatorum aut per preces amicorum. aut per munus oblatum. **E**lemosinarius sunt qui pro se et pro alijs allegabunt in iudicio. **Ps.** Iocundus homo qui misereatur et comodatur disponit. **S**ecundo ipsi pauperes facti amici per ipsos orabunt. **Lu.** xvi. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. **N**ihilominus ipsa elemosina orabit pro eo qui eam facit. **Eccle.** iij. Conclude elemosinam in sinu pauperis: et ipsa pro te orabit ad dominum. **S**ecundo pro munus oblatum. **I**pe enim electi ne sunt gratia munera deo: quod pro eas ira dei expugnauerunt et regnum obtinemus. **Pro.** xxi. Munus absconditum expugnat iram. **E**t si elemosina munus absconditum: quod a laude humana dicit abscondi. **V**tilitas etiam elemosine notatur. cum dicitur. **M**ensura bona et offeratur. **I**psa enim virtus est in diuisione et cognitione. **E**t ista est mensura boni. **I**n cognitio dilectio. **E**t ista est offeratur. **I**n cognitio et dilectio eterna possessione: et ista est mensura coagitata. **I**n cognitio et dilectio possessio delectabilis fructus. **I**sta est mensura superflua. **E**t de hac quod duplici mensura dicit. **Aug.** facta est creatura rationalis et humani boni intelligeret intelligendo amaret et amato possideret et possidendo frueretur.